



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXIV. De Expugnatione aliorum castrorum, & Subjectione terrae
VVohensdorph.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Poppo de Østerna VI. Magister Gener. Ord. Teut.

Henricus de Wida III. Mag. Prov. in Prussia.

rorum, qui cum eo fuerunt, ut reliquā Idololatriā, se ad Christi fidem converterent & fratres, & facti sunt strenui pugiles fidei Christianæ.

CAP. LXXIII.

De

Bello contra Terram de Wohensdorph

& oppugnatione castri Capostete.

ET quia idem Tirsko plenam habuit notitiam viæ ad terras vicinas. Idcirkò-Commandator de Kunigsberg cum exercitu Sambitarum, dicto Tirskone Ducto. Anno Domini MCCLVI. re, intravit terram Wohensdorph impro- Principes Almanniæ du- visè, & applicatis scalis ad mœnia, ordi- scilicet Alphonsum natisque modo debito quæ ad impugna- Regem Castellæ & Richar- tionem sunt necessaria castrum Caposte- dum Comitem Cornubiæ fratem Regis Angliæ, in degit, captisque & occisis in dicto castro Regem Romanorum quæ & territorio ipsius pluribus hominibus discordia multo tempore totoque territorio rapinâ & incendio de- duravit. vastato recessit.

CAP. LXXIV.

De

Expugnatione aliorum castrorum, &

Subjectione terraæ VVohensdorph.

SEQUENTI anno idem (a) Commandator de Kunigsberg vali- dum exercitum iterum congregavit, & ad dictam terram Wohensdorph est profectus, castraque metati sunt in obsidione

*Poppe de Osterna VI. Magister Gen. Ord. Teutonici.
Henricus de Wida III. Magister Provinc. in Prussia.*

castris (b) Ochtolite, & modo supra dicto ipsum expugnantes, captis ibi pluribus hominibus & ipsius territorio & occisis, funditus combusserunt. Castrenses autem de tribus alijs castris, scilicet Unsatrapis, Gundovv & Angetete, videntes, quod Dominus pugnaret pro fratribus, & non possent eis amplius in bello resistere, dederunt obsides & colla sua fidei Christianæ & Fratribus humiliter subjecerunt.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Jeroschinus interpres Dusburgii nominat eum Burchardum.
(b) Jeroschinus legit Auctolite, alii Ochtadite.

CAP. LXXV.

Vastatione cuiusdam partis Nattangiae.

Cum hic viris de Wohensdorph & aliis, quos habere poterat idem Commendator, congregavit exercitum & intravit quoddam confinium terræ Nattangiæ, quod cum aliis pacem ultimo factam noluit acceptare & per rapinam & incendium vastavit. Capitaneum dicti confinii dictum Goducke cum duobus filiis & multis aliis occidit, uxorem ejus & toram familiam cum mulieribus & parvulis cum præda alia deduxit.

CAP. LXXVI.

Adventu Marchionis Brandenburgensis.

Hoc anno scilicet Domini MCCLV, dominus Joannes Marchio